



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm || Vitae aulicae

Schopper, Hartmann

Francof. Ad Moen., 1584

VD16 R 1015

Capvt III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70432)

stico temerè se agglutinabunt, ne in contemptum veniãt. Necessè est enim vt subditi dominos superioresque suos reformident & timeant, ne perturbata aut confusa aliqua exoriat ur permistio.

XXI. Ne quis ingenio, potentia, viribusque suis tantum confidat, vt infirmitatè inimicorum suorum contemnere aspernarique omnino, deque omnibus fortunis suis gloria aut iustitię causa dimicare velit. Is enim tentat Deum, & impunitum id non auferet.

XXII. Ne quid maius viribus tuis aut ingenio excellentius aggrediaris, si quid enim ea exre detrimenti tibi acciderit, non solum id tacitè tolerari cogèris, verùm omnibus despectui ludibrioque habebis. Quisque igitur conscientia suam prius examinet, geniumque suum per spectum exploratumque habeat.

XXIII. Accusator quod & supra monuimus inprimis sit prouidus & circumspectus. Res enim veris incorruptisque indiget testimoniis.

CAPVT III.
ARGVMENTVM.

*Coruus vt egressus fuit, atq; cuniculus aula,
Multa Bruno metuit, pluraque dāna lupus.
Cōscia mēs sceleris minimis impellitur Euris:
Pace vel in media vir timez arma malus.*

Bruno & Isengrinius
discessum
corui & cuniculi gra-
uiter mole
stèque ferūt.

MEtu recenti pallidus
Tremebat Isengrinius,
Sed nec minus doloribus
Bruno molestis carpitur,
Quod coruus aulam regit.

Liquis

Liquisset, & cuniculus.

Tum Rex ait seuerior,

De Reinike iniurijs

Qui iam laborat conquere,

Is, iuris & vult regula,

Suas querelas proferat.

Quam miror hoc silentium

Obmutuere, qui prius

Queri volebant singuli.

An innocenti Reinikes

Terremini presentia?

Profecto Rex clarissime

Sic est, refert Vulpecula.

Plerumq; multi fortius,

Absentibusq; durius

Queruntur aduersarijs,

In hostium presentia

Qua forsam intermitterent

Ut coruus ignauissimus

Iam fecit & cuniculus:

Qui me fauore regio

Priuare nec non pessimo

Leho studebant tollere.

Qui mille nugacissimas

Absente me calumnias

Sparsero, nunc se subtrahunt.

Cum nempe praesens impia

Refello tot mendacia:

Quibus tamen, si me rogent,

Ob regis amplitudinem

Culpam velim remittere.

Tum Rex ferox interrogas,

Rex dat ad-
uersariis li-
centi con-
querendi in-
iurias quas
aduersus
Reiniken
coceperint

Timiditate
aduersarij
Reinike su-
am probat
innocentiam.

Exprobrat
Vulpi Rex
beneuolen-
tiam suam.

*Fraudator astutissime,
Et Vanenequam Reinike:
Dic causa quæ commouerit,
Quod nuntium lepuseulum
In regijs negotijs
Tam turpiter necaueris.
Errata quæ commiseras
In me, tibi donaueram
Hac lege, quò maturius
Sanctas adires insulas
Claras Iacobi nomine,
Exinde Romæ Prasulem
Inuiseres ter maximum,
Quibus peractis in tuam
Tutus redires patriam,
Quæ cuncta nos indulsimus
Vulpi tibi nequissime,
In posterum quò cautior
Vitam scelestam corrigas,
Primum mihi sed omnium
Quod contigit resciscere
Correctione de tua,
Id mors erat grauissima
Miserrimi Lepuseuli,
Quem morsibus durissimis
Crueliter necaueras
Caputq; tabo squalidum
Mihi ministrum Regium
Per Bellinum transmiseras.
Pedem tuum cum sacculo,
Quibus Viator Viatur,
Huc ipse nobis attulit.*

Signa pœ-
nitentis
Reinike.

Qua propter acre Bellinus
 Vita tulit periculum,
 Tibi q; mox scarie
 Continget idem perfide.
 Tunc Reinike suspirium
 E corde ducit intimo,
 Et ter quaterq; largius
 Incepit ingemiscere.
 Quid, inquit, an lepusculus
 Occisus est cum Bellino?
 Heu luctus, heu tristis dolor,
 Cur vel diem unum vidimus
 Amabilesq; luminis
 Vitalis auras hausimus?
 Heu quanta Regum munera,
 Opesq; delectabiles
 Inops miserq; perdidit
 Quot mille Gazas Persicas,
 Gemmasq; nobilissimas
 Cum Bellino transmissimus?
 Quis crederet mortalium,
 Quod ampla propter munera
 Opesq; nostras Bellinus
 Necasset hunc lepusculum,
 Fidum laboris asseclam,
 Viq; seruum lubrica?
 Qua verba vix finiverat
 Prestigiator Reinike.
 Rex mente perturbator
 Exurgit, & cito subit
 Conclauē gressu regium:
 Furore summo percitus

Reinike ex
 falso corde
 suspirat.

Vide quāta
 Reinikes
 astutia sit
 in excogi-
 tādīs dolīs

Rex rursū
 irascitur, &
 doletq; Rei-
 nikē adeo
 perplexe se
 cum loqui.

Quod

Quod aure nunquam dextera
 Perplexa Verba Reimikes
 Aperta posset noscere.
 Senuis eum lictoribus
 Donare iam decreuerat.
 Sed in cubili Regio
 De publicis negotijs
 Regina cum lectissima
 Clam conferebat Rigena
 Qua cum Leonem concitum
 Furoris iracundia
 Supervenire conspicit,
 Non litis huius aut noua
 Ignara controuersia
 Vulpi cupit succurrere
 Aitq; clementissime
 Quid, oro, Rex traſceris?
 De stirpe cretus nobili
 Est Simiarum Reimike,
 Minatq; temnens omnium
 Et liber in pratorio
 Nullius aspectum pauet,
 De patre nobilissimo
 Trahit genus clarissimum.
 Is extitit Virtutibus
 In omnibus spectabilis,
 Brunone tum prestantior
 Tum maior Isengrino,
 Qui iuris expertes nihil
 Interpretantur dextere.

Rex respon Tum Rex ait, ne Rigena
 dit Rigene. Mentem trahit miratio.

Quod

Quòd scilicet seuerius
 Irascar huic Vulpecula,
 Lepusculum qua funere
 Extinxit indignissimo,
 Et causa mortis Bellino,
 Multisq; pestis extitit.

Respondet ipsi Rigena,
 Prasente nonne Reinike
 Prius locutos plurima
 Statim tacere vidimus?
 Quis ergo Vera dixerit
 Qua conqueruntur, amittat
 Ob singulare pectoris
 Acumen & solertiam,
 Odere cuncti Reiniken.
 Nam Rex adhuc clarissime,
 Facti recordor illius,
 Cum nuper inter Rusticum
 Ortasq; lites aspidem
 Is vnicus componere
 Vastis valeret fraudibus,
 Vt ipse Rex astutiam
 Extolleret & vulpecula
 Et pradicares gloriam.

Rigena cau-
 sam regi,
 quare Rei-
 nike tot i-
 nimicos ha-
 beat, expli-
 cat.
 Rigena pru-
 dentiã Rei-
 nikes ex-
 plo probat

COMMENTARIA.

Primò docetur hinc accusationem clande-
 stinam ipsi ferè auctori, periculosissimam esse,
 vt sapè iam dictum fuit. I.

Quòd quilibet Christianus, iuxta legem *Dimittite no-*
diuinã proximo suo errores delictaq; omnia bis debita
 teneatur ignoscere & dimittere. Quoniam *nostra sic-*
 enim ut, &c. II.

enim pater cœlestis ei qui aliis ignoscere dedignatur veniam concedet? Præterea is qui proximo nō parcat, quotidie orationem Dominicam cum recitat, seipsum condemnat & reum ostendit.

III. *Tabellarij fruuntur licentia. Quantumuis enim Princeps nullum maleficium impunitum præteremittere debeat: in primis tamen tabellionum caueat securitati. Quibus si nulla in profectioibus concedatur libertas, sed eos quisque pro suo arbitrio inuadat, nullæ ad quenquam saluæ peruenturæ essent literæ. Quæ ex re sine dubio maxime Rebus publicis erumperent clades.*

IIII. *Quod non sit sapientis viri dicere, non putaram. Prudens enim vir non tantum præsentia pōderare, verum & futura respicere in illudque animum intendere debet, quod humana voluntate nihil inconstantius, fideque perfecta nihil inueniatur rarius: Denique in omnibus humanis plus de mobilitate, quam stabilitate sibi persuadeat.*

V. *Periculosissimum esse alicui fidem temerè adhibere: Quæ nec inter fratres sorores, aut proximos consanguineos hoc pestilentissimo seculo turam inuenies. Quoniam secundum Poëtam verissimè,*

Ouid. li. 2. de Ponto. Vulgus amicitias & utilitate probat.

VI. *Quod meritò principes fidelium suorum consiliariorum liberos protegant, ament ac defendant. Magna sanè est gloria, si honorificam*

ficam de parentibus tuis audias fieri mentionem, apudq; omnes propterea gratior acceptiorq; fias. Quid autem peius aut detestabilius quàm si tuis virtutibusque maiorum confusus in quæuis corruas flagitia? Quamobrem is qui ad verã nominis accenditur gloriam, se humanum, affabilemque erga omnes ita gerat & exhibeat ut posteris non secus suos filios, atque ipse propter parentum amplitudinem acceptus fuit, charos commendatosque relinquat.

Vix maiorem in aulis principum esse perniciem quàm cum omnes omnis eruditionis expertes, iurisque ignari sunt consiliarij. Varia enim subitaque quotidie incidunt negotia, que certè non nisi à prudentibus & ingeniosis commode apteque discerni explicarique possunt hominibus. Tum magni interest, ne Secretariorum negligentia in causis dijudicandis laus principis imminuatur, salusque interdum omnino deseratur.

VII.

Quantum principum ceant illi rati consiliarij.

Quod maiorem ars non habeat inimicum quàm ignorantem. Quemadmodum sapiens neminem nisi stultum odit. Quod autem plures stultos, hoc plures etiã habeat inimicos. Simile enim simili gaudet.

VIII.

Ars non habet inimicum nisi ignorantem.

Ne amici laudem eloquentia tua ita cumules, ut inimicum factum non rursus culpâre aut vituperare possis. Cæterum laudari potest homo, dum se laudabilem gerit: Qui idem ubi se culpabilem exhibuerit, culpandus erit maximè.

CA.